

Nun soll der Wein, zwar in Pokalen,  
Auf seinem Tische sehn;  
Anstatt daß wir in unsern Schalen,  
Nur reines Wasser sehn.

Das kann wol alles seyn — ich gönne  
Ihm dieses gern und frey.  
Dann was könnt's helfen? ich gewönne  
Warhaftig nichts dabey.

Wenn ich ihn wolte auch beneiden;  
Bleib ich doch Bauer nur,  
Und schöpfe meine größten Freuden,  
Aus Gott und der Natur.

Ob ich gleich keine Schätze habe,  
Bin ich doch glücklicher,  
Und, hingelehnt an meinem Stabe,  
Zufriedener, als er.

Wenn hell auf meine Bauer-Hütte  
Des Mondes Schimmer blickt,  
Und mich in meiner Kinder Mitte  
Mit seinem Stral entzückt;

Dann, dünkt mich, ist kein Mensch auf Erden,  
Der so zufrieden lebt.  
Ja könnt ich denn gleich König werden,  
Wornach so mancher strebt;

So würd ich doch gewiß nicht wälen,  
Dies Loß — so groß es ist:  
Denn ach! die Ruhe würde fehlen,  
Die jetzt mein Leid versüßt.

Drum lob ich mir der Bauern Leben,  
So sehr mans auch veracht.  
Kein Erdenkönig kann mir geben  
Was mich so glücklich macht.

GEDR. mein Vater und mein König  
Hat immer gnug zu thun.  
Er hat der frohen Stunden wenig,  
Kann ungestört kaum ruhn.

Und ich sein Untertan, — ein Bauer,  
Ich lebe sorgenfrey.  
Die Arbeit wird mir niemals sauer:  
Mein Lager ist ein Streu.

Entfernet euch von ihm, ihr Sorgen!  
Bey sanfter heitrer Lust.  
O segn' ihn, Gott! mit jedem Morgen,  
Mit jedem Abend-Dust.



9

COMMENTATIUNCULA  
DE  
PATRIÆ PATRIBUS  
EORUMQUE  
VICARIIS  
QUA  
XLIII. DIEI NATALIS CELEBRATIONEM SOLEMNEM  
GEORGII III.  
REGIS NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI  
INDICIT  
ATQUE AD ORATIONES DIALOGOSQUE  
QUIBUS  
SOLEMNIA NATALITIA CELEBRABUNTUR

D. XXII. ET XXIII. IUNII HABENDAS AUDIENDASQUE  
INVITAT  
JOANNES CHRISTIANUS MEIER  
LYCEI REGII CATHEDRALIS VERDENSIS RECTOR.



STADÆ,  
EXCUDEBAT HENRICUS ANDREAS FRIEDRICH. MDCCLXXX.

*Gelesen im Gymnasium zu Heilbrunn, Messer des Herrn  
Cyril 1860*

VIRO MAXIME PLURIMUMQUE VENERABILI  
JOHANNI FRIEDERICO  
DE STADE

STADENSIS CONSISTORII ASSESSORI DOCTISSIMO,  
SUPERINTENDENTI DIOECESEOS VERDENSIS GRAVISSIMO,  
PROTOSCHOLARCHAE PLURIMUM COLENDO:

VIRO CONSULTISSIMO CLARISSIMOQUE  
ANDREAE HENRICO  
MUNCHMEIER,

CONSULI PRIMARIO VERDÆ VIGILANTISSIMO:  
VIRO CONSULTISSIMO PRÆNOBILISSIMOQUE  
LUDOVICO CHRISTIANO  
HEINSIO,

SYNDICO VERDENSI SPECTATISSIMO:

VIRO PLURIMUM REVERENDO  
JOHANNI ANDREÆ MESTWERDT,

V. D. MINISTRO AD ÆDEM ST. IOHANNIS

ET PRÆSIDII MILITARIS

DOCTISSIMO:  
AMPLISSIMIS SPECTATISSIMISQUE SCHOLARCHIS

NEC NON

OMNIBUS,  
QUI BENE CAPIUNT PATRIÆ,  
REGEM PATRIÆ PATREM AMANT, IMPERATA  
LUBENTER FACIUNDO;  
PATRIS PATRIÆ VICARIOS COLUNT  
VENERANTURQUE;  
QUI MASCULE LOQUUNTUR ET FORTITER AGUNT;  
QUI  
PROLIS ET SUÆ ET ALIENÆ VOLUNT  
EDUCATIONEM, CORRECTIONEM, INSTITUTIONEMQUE:  
QUI ERUDITIONE SOLIDA DELECTANTUR  
SECULI SUPERFICIARIAM MISERE NON PEREUNT;  
QUI  
CURAE CORDIQUE HABENT,  
UT PATRIÆ SOBOLES  
VIGEAT, VALEAT, FLOREAT, SAPIAT, COLATQUE  
DEUM ET REGEM

HAS PAGELLAS DEDICAT

AUCTOR.



§. I.


Quamplurima mortalibus cum summo Numine, a quo originem ducunt, sunt communia. Quapropter haud inanis inter Deum hominemque intercedit similitudo: id quod probatissimis recentiorum cum Philosophorum, tum Theologorum assertionibus annumeretur. Sciens veteres taceo sapientes; ne videar, crambem bis coctam apponere. Isti enim, recensendo similia inter mortales & immortales, ut oculis imperitorum glaucomata objiciant, non puduit, neque tæduit, hæc atque talia in humanæ fragilitatis solatia depromere: Deum nimirum, itidem sicut mortales, suis circumscriptum esse limitibus; non enim posse efficere, ut facta sint infecta; ut heri sit hodie; ut bis ter sit septem cat. cat. Plinio in Historia naturali L. II. cap. V. & Plutarcho in Placitis Philosophorum auctoribus, viri magni-

A 3


nomi-



nominis istas tricas finxerunt. Rideat sane summum numen hominumque pater ejusmodi portentosa figmenta mortalium. Rectius recentioris ævi sapientes a comparatione æque iniqua ac inepta omnino abhorruerunt: contra vero, fonte purioris doctrinæ irrigati & imbuti, longe præstantiora in medium protulerunt, quæ in Dei numen, terque quaterque beatum, juxta ac homullos quadrant. Proprietates, virtutes, attributaque, quæ summo Numini hominibusque forte communia videantur, lubens silentio transcurro: hac enim contentione iniquissima universum cum puncto, immensus oceanus cum guttula, & prorsus cum nihilo *το παν* conferretur. Si qua æstimatione humana & modesta mortales ad Numen æternum propius accedere possint; si qua imaginatione, sic satis hiulca & nimium quantum imperfecta, aliquam liceat imaginari similitudinem inter mortales immortalemque; rectius, sanctius, cautius, tutiusque ope quorundam nominum, enti supremo æque ac mortalibus attributorum, comparatio, audacula quidem, attamen verisimillima, fieri posse videtur. E vocabulorum copia, ad hanc collationem facientium, unum præcipuum eximiumque, si significatum gravem spectaris; cetera vero vulgatissimum tritissimumque, excerpere juvat. Nomen substantivum *Pater* exemplum sit instar omnium; quippe quæ vox dissyllaba in re, quam meditabundus ruminor, optimo jure sibi principem vendicat locum. De *Patribus patriæ eorumque Vicariis* commentatiunculam exaraturus non alienum est visum, a simplicibus ordiri; ut, hac enucleatione præmissa, expeditius ad composita venire queam. Numen illud tremendum, ex quo spiritum ducimus & emittimus, a quo tamquam embryones in utero vitam, occidioni non amplius obnoxiam, exspectamus; cujusque essentia mortalium sagacitati nunquam non erit ininvestigabilis; illud, inquam, Numen verendum in sacris litteris, cum veteris, tum novi fœderis, toties totiesque *Patris* appellatione insignitur. Qua in re & gentilium Theologi, Poëtas dico, quam proxime ad dogmata Iudæorum & Christianorum accedunt: Iovem summum patris appellatione mortalium generi manifestando. Non translaticie vero; sed in sensu quam maxime proprio, parentis nomen dulcissimum universæ creationis conditori attribuitur. Ipse enim




enim nos genuit omnipotentia; in lucem protraxit benignitate; aluit liberalitate, ducitque, tamquam manibus, plus quam paternæ benevolentia. Liceat nunc in collatione, a summo ad infimum; ab eo, qui omnia in omnibus est, ad nihilum descendere. Et mortalium quamplurimi *Patres* audiunt; alii proprie, alii metaphoricè. Instinctu, quem Protoplasti eorumque proles ab universi fabricatore acceptum referunt, statim a mundo condito laudatissima obtinuit consuetudo, & duravit ad recentissimam memoriam durabitque; ut plurimi Cosmopolitarum, ætate aucti, annisque corroborati, quam cupidissime elaborarint; ut sint, ut audiant patres. Iudice Lyricorum vatum principe dulce est solum patriæ; at longe mellitius vibrat sonatque patris nomen in audientium auribus. Non proceres, non magnates tantum; sed & vilissima mancipia, sordidissima servitia, mendicorum opificumque greges delectantur gaudentque patris nomine. Cum mortalium illustrissimis eorundemque obscurissimis summo Numini istæ appellatio semper fuit eritque communis. Mitto nunc eos, qui natura sunt patres; ut propius ad illos possim accedere, qui propter ætatem, animum, consilium, benevolentiam, beneficentiam, usum experientiamque patrum appellatione condecorantur. Auctore *Gellio* apud antiquissimos Romanos tantus honor non pecuniæ, non generi, non splendori; sed ætatis, virtutum benevolentiaque prærogativis documentisque dabatur. Mirabundus in poecili antiquitatis & recentis memoriæ eos veneror viros, quos apud omnes orbis terrarum nationes consuetudo laudatissima honorifico patrum titulo insignivit, exornavit extulitque. Et barbara antiquitas, hoc in cultu honoris, cum nationibus excultis consensit. A rerum enim primordio prorsus usque ad nostram memoriam vox *Parens* semper fuit eritque reverentiæ, honoris principatusque nomen; quod senili prudentiæ, sapientiæ documentis, consiliorum ubertati salubri, aliisque virtutibus eximiis dabatur. Et nobis viri, annis & decoribus conspicui, *Patrum* nomine salutantur. Recolens in animo præscorum Grajorum, Cretenesium, veteris Latii Romaque, & quam plurimarum nationum Orientis tempora & monumenta; hisce & compluribus aliis locis, confessus frequentes & summe venerandos talium *Patrum* lætitando conspicio: at spectan-



spectando tanta intrat veneratio animi præcordia, mentemque af-  
 ficat & implet; ut non possim, quin honoris gratia confurgam,  
 & confurgendo caput denudem, & caput aperiendo, more Orien-  
 tis, colam. En! tibi, inquam mihi ipsi, in sacrarum litterarum  
 monumentis, en tibi! in profanis scriptoribus remotissimæ anti-  
 quitatis patres, de genere humano longe meritissimos. En tibi!  
 Assyriorum, Chaldaeorum, Persarum, Aegyptiorum, Iudæorum,  
 Græcorum, Romanorum, adeoque barbararum & incultarum  
 nationum Occidentis Orientisque, Scytharum nimirum; Indo-  
 rum, Celtarum, Germanorum, Gallorum, ceterorumque popu-  
 lorum duces, reges, rectores, principes, consules, iudices, præ-  
 fectos præpositosque; Theologos, Philosophos Vatesque; quos  
 cunctos ac singulos antiquitas veneranda *Patrum* titulo exornavit;  
 quibus vero non rugæ, non canities tantum, sed gravitas quæ-  
 dam, consilium quoddam, virtutum cohors, & actorum facto-  
 rumque documenta hunc titulum pepererunt. Quem enim, in  
 ævi præcisi litterarum thesauris utcumque versatum, fugiat; quod  
 isti omnes viri conspicui, reverentiæ honorisque gratia, *Patrum*  
 titulo fuerint condecorati; sicuti *pastorum* nomine cognato in tur-  
 ba insignita monstrabantur. Homero reges audiunt pastores. In  
 reconditissima sacrarum literarum antiquitate haud obscura, haud  
 dubia & incerta vestigia extant, quæ morem antiquissimorum po-  
 pulorum docent quam luculentissime, quod proceres nimirum  
 præcisi ævi *Patres* saluari amarint; adeoque nominibus propriis,  
 tamquam honorum & dignitatum titulis, se suosque posteros  
 exornarint; quorum vis etymologica patrem & paternum ani-  
 mum repræsentat. Clarissimum assertionis exemplum licet videre  
 in voce composita *Abimelech*, id est: *Pater meus est rex*. Compo-  
 sitio hujus nominis proprii & reges & ipsis subditos, cum pietatis,  
 tum paterni animi commonefacere poterat. Et Persiæ nonnulli  
 reges, usque ad memoriam recentissimam, titulum nomenque  
 proprium *Abbas* gesserunt. De re, cujus exempla ubivis in historia  
 occurrunt, pluribus disserere, acta foret agere. Mirum quan-  
 tum aliud mortalium genus in seculis præterlapsis laborarit, ut  
*Patrum* titulo & honore colerentur. De rerum politicarum pro-  
 statis huc usque sermo fuit. Venio nunc ad vatium genus avarum,  
 ambitio-



ambitionisque plenum; ad sacerdotes, ad viros rei sacræ præpo-  
 sitos. Omnium populorum nationumque antistites sacrorum mi-  
 sere affectarunt, non ut patres sint animo & consilio; sed tantum  
 ut appellarentur. Philosophi, Poetæ, qui & Theologi audiunt,  
 Persarum Magi, Indorum Bramini, Celtarum Druidæ & Bardi,  
 Græcorum Romanorumque pontifices & sacerdotes, patrum sibi  
 arrogarunt titulum & honorem. Quæ consuetudo ab idolorum  
 cultoribus ad Christianæ religionis præfides jam primis ecclesiæ  
 temporibus transit. Omnes enim ac singuli primitivæ ecclesiæ  
 doctores communi nomine *Patrum* veniunt. *Abbatum* appellatio  
 adhuc dum usu venit apud omnes Europæ nationes, quæ sacra  
 religionis christianæ sunt amplexata. Quid? quod & monachi,  
 omnium animalium inertissima, superbissima, voracissima bibacif-  
 simaque, patrum titulos ambierint; superbeque sibi sumserint;  
 de quibus *Erasmus* sic satis amare in colloquio, cui titulus: *Virgo*  
*μυρογαμος*: Illi crassi & cibo distenti monachi, inquit, non sunt  
 castrati, ne tu sis insciens. Patres vocantur, ac frequenter effi-  
 cient, ut hoc nomen vere competat in ipsos. Hæc noster *Erasmus*.  
 Pari modo & ratione episcopi olim audire & nunc audiunt,  
*Patres pie de deo sentientes* (andæchrige Vater in Gott.) Quid di-  
 cam de papa? qui *sanctissimus Pater* salutatur. In Lutheranorum  
 ecclesia & nunc sic dicti sunt confessionarii (Beichtvater.) Uti-  
 nam nomen & omen, barbam & animum paternum, mentem,  
 consilium prudentiamque omnes ac singuli habeant paternam?  
 Utinam imberbes & implumes ætatula pullulantes ante discant,  
 quid sit filius; quam fiant patres. Ex Iesaiæ vaticinio & nunc  
 infantes sunt populi exactores. Defectus hujus thematis ex §. V.  
 de cura patrum patriæ circa religionem, suppleri poterit. Ex  
 omnibus, quæ huc usque sunt dicta & prolata, collatio si fiat justa;  
 intelligere licet, eos apud omnes orbis terrarum nationes *Patrum*  
 nomine fuisse saluatos & adhuc saluari, qui haud exigua an-  
 norum serie aucti, usu & consilio pollentes, beneficentia & be-  
 nignitate ceteris eminentiores; de quam plurimorum salu-  
 te, prosperitate & felicitate dies noctesque sunt solliciti, & de  
 iis demerentur, qui suæ ipsorum fidei concrediti, imperio, con-  
 siliis & præceptis parent: ergo, qui probe eorum agunt perfo-  
 nam,




nam, qui natura vere sunt patres, idque magis esse, quam videri, volunt.

§. II.

Vox *Patria* latissimo & latiori, strictissimo & strictiori significatu venit in vita communi. Cosmopolitis, quibus patria non in ore tantum, sed in animo curæ est & cordi, quique revera esse elaborant, quod vocari affectant, sane & orbis terrarum est patria, & patriam colunt, ubicumque bene est: eo tamen moderate adhibito, ut, cum totum complecti nequeant, partibus ex intimis animi affectibus, consulant, beneque velint. Pessimo mortalium more patria, latissimo sensu accepta, evanescit, minimeque ad illos pertinere videtur. At iidem rursus neque toto neque partibus afficiuntur. Similes sunt feбри ardenti laborantibus, qui ubivis locorum sibi melius fore autumant; excepto eo loco, ubi nunc sunt. Inde tot dissoni, tot vagi, tot creperi & streperi sermones quorundam recentiorum philosophastrorum, poetastrorumque, qui gloriando de amore in patriam, ampullando officia, patriæ debita, misere affectando amorem in patriam & amore optimæ dominæ pereundo; nihil tamen aliud sunt, nisi ardeliones nostri ævi, trepide concursantes, in otio occupati, gratis anhelantes, chartam futili amore in patriam cacantes, de patria sermones cædentes, multa que operose agendo nihil agentes, sibi molesti & aliis odiosissimi, speciem bene docentium & probe monstrantium præ se ferentes; qui vero nunquam ulla doctrina & præceptis fuerunt correcti & emendati. Hi sunt omnium nationum maledicentissimi, qui remotissima laudant, & præsentia dente maledico carpunt: qui Sinensium mores & artes laudibus extollunt, & patriæ decora & ornamenta lubentes scientesque ignorant. Alia quædam est natio, infra omnem mentis conceptum degener, vilis & sordida, fruges consumere nata, quæ nunquam de patria cogitavit, nunquam in ore, nunquam in mente habuit: nunquam patriæ prodesse cupivit: nihil humani præter rostrum proboscidemque præ se ferens. Hæc quidem gens genuina veterum parasitorum progenies, patriæ succis & medullis tamquam inutilia soli patrii pondera aluntur saginantur. Hæc gens ventri,

abdo-



abdomini, alvo, & gulæ nata, de vervecibus, bobus, porcis aliisque pecudibus altilibus, de frugibus, deque oleribus aliisque ejus generis quam sapissime cogitant: at patria quid sit, patriæ augere commoda, patriæ consulere & prospicere, prorsus sunt ignari nesciique. Certe dedignantur, ejusmodi meditationibus mentem gravare. Ejusmodi furfuris homines quum, ira summi numinis, in patria præsidet, gubernacula tenent, honoribus fulgent, & onusti incedunt; scire licet, quinam tunc sit patriæ status. Satius est, isthæc dedecora, in patriæ commoda grassantia, silentio prætermittere. Quemcunque vox *Patria*, latiori seu strictiori sensu accepta, afficit, movet, ducit, spiritibusque patriis animat; is & bene vult patriæ, eique prodesse cupide laborat, & patriæ commoda molitur. Ne desint exempla, in æmulationem nata, veteris Germanos, Romanos Græcosque, patriam misere adamantes, enixe adjuvantes, verbis & factis fulciantes, liceat in celeberrimorum scriptorum documentis monstrare, clamando, si fieri posset, voce Stentorea: O cives! o patriæ soboles prolesque! huc flectite oculos! in hos figite lumina mentis! hos intuemini! de his capite exemplum! & horum premitte vestigia! Illos viros, patriæ fortes & heroes & bellatores & legislatores & monitores & præceptores, quum intueor, temperare non possum, quin subsannando rideam elegantulos seculi ardeliones novaturientes, anxie & sollicitate titulum sic dictorum *Patriotarum* ambientes, & puerilibus, anilibus, futilibusque conaminibus patriæ commoda augere nitentes. Quocunque demum sensu vox *Patria* accipiatur, is demum dignus est, qui *Patriota* audiat, cujus mens & animus & vires & facultates, pro copia & potestate, in patriæ commoda feruntur: ergo qui patriæ famam, gloriam, florem, prospera verbis non tantum vult, sed factis & moribus eniti laborat. Ne exaggerationis figura rhetorica temere videar usus, scire licet, jam antiquissimis nationibus patriam fuisse venerabiliorem patre matreque. Amor flagrantissimus in patriam, tamquam optimum bonum, hæreditate relinquendum, ab avo in nepotes, ab avia in neptes, a patre in filios, a matre in filias, transfundebatur. Quam maturissime amore in patriam imbuti pueruli & pueri consilia, patriæ profutura, pollebant proferre! prius omnino, quam nostri juvenes con-

B 2

filii

filiis saluberrimis parere discunt. Inde apud antiquitatis nationes tot tantique viri illustres excellentesque exstiterunt; quorum fama rerum gestarum, morum probitatisque patrias urbes pervagata ad exterarum permanavit nationes, & adhucdum ipsorum manibus summam conciliat admirationem. Codri, Draconis, Lycurgi, Agefilai, Phylopoemenis, Grachorum, Scipionum, aliorumque sexcentorum cum legimus res gestas, quas, ducti patriæ amore, effecerunt, quarumque magna pars fidem nostram excedit; fabulæ aniles nobis esse videntur. Ex ejus ocellis, qui recte & probe de patria sentit, in tristissima comparatione guttula per genas deeret necesse est. Superfedeo, longiorem exemplorum seriem enarrare. Isti quidem viri in omnibus, quæ agebant, patriæ salutem, florem & prospera, ante oculos posita habebant, & hi demum viri dignissimi erant, qui recentioris inventi titulis *Patriotarum* & *Bidermannorum* & *Hermannorum* exornarentur. *Platarchi* parallela, *Livii* Historiæ, *Taciti* Annales, *Cornelii* vitæ excellentium imperatorum porticus sunt, in quibus imagines adhucdum, patriæ amorem spirantes, spectare licet. Quæ quidem scripta utinam a docentibus juxta ac discipulis sentirentur! Utinam concalescerent, ad hunc ignem accedentes! Verum enim vero & apud illas nationes tempestates fuerunt, ubi amor patriæ cœpit frigescere; ubi fortius sunt locuti, quam egerunt; ubi bella intestina, luxuria, vitiorumque pestis eo usque amorem in patriam deleverunt, ignem restinxerunt, animosque hebetarunt; ut prorsus dediscerent, quid sit patria, patriæque amor. Hinc in omnibus seculis, iisque ad recentissimam memoriam, inanes querelæ de amoris in patriam deliquio, quibus minus recte, minus probe, minus athleticè de patria sentientes, officia fucata, tanquam sacrificia expiatoria, patriæ offerre falso sibi persuadent. Privatis studetur commodis. Maxima pars miseræ conditionis patriæ sunt incuriosi. Pro more & elegantia & ingenio nostri seculi sic dictus *Patriotismus* nunc longe differt a veterum animis, adeoque in contrariam tendit partem, & omnes obnitentes prosternit. Tutissimum est, furori cedere. Remedia & mala interdum æque sunt periculosa. Multi scribunt de *Patria*, panis lucrandi causa, saltant, rident, jocantur pro patria, ut bolum & gloriam aucupentur: sermones cædunt de patria,

tria, ut temporis radium fallant speciemque fautorum præ se ferant. Sunt & canes mordaces, cetera inertes, qui facta & acta aliorum fugillant; qui idolum libertatis & pacis sempiternæ, pro more seculi, jactant & tamquam ficulneum sanctum sanctorum *Andream* seu carbonarium *Christophorum* monstrant. Is demum patriæ amator est laudatus, probus, genuinus conspicuusque, qui patriæ patres colit; dictis eorum audiens est; pro patriæ salute pericula subire non recusat; posteritati consulit, dum prolem sancte, probe & pudice vult educatam & educatam: qui religioni favet ejusque exercitium publicum suadet, superstitionem execrandam & aniles threnos & figmenta odio habet, & extirpare, quantum datur, omnibus viribus nititur. Amor patriæ non verbis, sed factis; non ore sed more; non assultu puerili, sed prudentia senili; non seculi elegantia, sed rationis constantia & perseverantia exhibetur. Non deerunt *patriæ patres eorumque vicarii*, patriæ salutem adjuvare: modo velint cives, modo cupiant, quorum in manibus est docere, fingere, formare & instituire sobolem & plebem. Hæc ob causas taceo malas mentes vilis plebeculæ, quæ nesciunt, non sentiunt, quid sit *patria*, & pro holo & obolo patriam venditare, patriæque patres deferere, religioni non ducunt. Falso patriæ patres incusantur. Utinam omnes velint qui possunt! Longe alia rerum foret facies.

§. III.

*Patris patriæ* honos decusque tanti erat apud Romanos, ut principum quidam, vel modestia repulsi, vel prava conscientia exacti, accipere recusarent. Adulatio & servitus pestifera antiqui & recentioris ævi quam plurimos hoc titulo oneravit, quem vero posteritas in contrarium vertit, pestes scilicet tyrannosque patriæ eos vocitando. Hos patriæ patres merus fecerat, quem admodum gentilium sacra sequentibus, Lucretio auctore, terror tremorque panicus deos persuasit: quorum adeo quidam cacodæmona colere & adorare dicuntur, ut ne noceat. Forte easdem ob causas apud quasdam antiqui mundi nationes, dracones serpentes inusitatoris magnitudinis, & crocodili immensæ longitudinis, culti fuerunt. Sed ad rem, quæ digna est, in quam curiose, otiose &

sollicite inquiratur. Non omnes reges, principes, proceres, virique celsissimi honore tam eximio & conspicuo fuerunt & adhuc sunt digni. Aulicorum mancipia, adulatores, assentatores, Gnathones & parasiti, certissima & immedicabilis aularum & palatiorum pestis, faciunt patres patriæ, creant & evulgant. Verum enimvero criteriis haud dubiis, notis haud suspectis, patriæ parentes noscitari possunt. Larva indutus faciem, personam in scena gerere: & parentis patriæ officia revera præstare, res sunt, quæ toto cælo differunt. At & pro copia, potestate & auctoritate, pro loco, in quo positi sunt, patres patriæ multum differunt. Ceterum & rivuli & amnes vehunt aquas, forte limpidiore salubrioresque & minus campis agrisque minaces, quam fluviorum fluminumque undæ. Romanis Dii fuerunt majorum & minorum gentium. Liceat hoc figmentum in meos convertere usus. Patres patriæ in majorum & minorum gentium Deos jure meritoque distingui possunt, Reges scilicet & principes eorumque vicarios, procuratores dispensatoresque, ad quorum benignitatem, justitiam, facilitatem, clementiam miseri, afflicti & oppressi confugiant; quum aditus ad ipsum patrem patriæ non datur; non licet: quemadmodum romano-catholici sanctos colunt, cælicolas beatæ memoriæ adorant, tamquam vicarios, consiliarios & internuncios summi numinis. Valeant fictiones fraudesque! Verum inter summum patriæ patrem & suæ potestati subjectos interpretes & internuncii sint, necesse est. Ope hujus distinctionis divisionisque tam in re politica, quam sacra, in immensum crescit patrum patriæ numerus. Utinam omnes id esse velint ex animo, quod videntur ex vestimentis. Nunquam deerunt patres patriæ majorum gentium; modo velint, modo cupiant, modo suadeant recta & honesta & pia & proba minorum gentium præfecti. Omnino hac in disquisitione summa opus est cautione. Principum inertes, desidiosos, crudeles, amicorum auribus tantum audientes, alieno ore loquentes, alienis oculis videntes, veritati aditum occludentes, ergo damnosi & calamitosi: virorum porro, titulo tenus excellentium, vestibisque illustrium, gulæ, ventri & rapinæ nati, literas exosi, virtutem parvi ducentes, minoris gloriam; voluptatibus saginati, ad belluarum ferociam compositi,

non

non sunt digni, qui *patres patriæ* vocentur: audiant potius generis humani dehonestamenta, quos tamquam flagellum summum numen in correctionem mortalibus immisit. Fuerunt, sunt & erunt, qui perpetua felicitate & mole prosperitatis caligant, obduruerunt, humana dedidicerunt, immemores, se homines, se esse mortales. Non parentes benigni, non patres benevoli, sed monstra, sed belluæ, sed feræ, sed leones, sed tigrides & apri Erymanthii: adeoque cacodæmones audiant; quos perniciosissima adulatio colit & adorat. Sunt enim revera hydræ Lernæ multipites, quas mulcere, quam irritare, tutius est. Opposita, juxta se posita, magis elucescunt. Ii certe rectores generis humani eorumque amici & in sacris & in profanis, qui curant civium salutem, securitati prospiciunt, prosperitatem patriæ ex sese pariunt, qui condunt & exstruunt, qui sovent & refocillant, beneficiis cumulant, & in omnibus animum paternum gerunt, hoc titulo honorificentissimo condecorantur & ad astra extollantur. Hi quidem nunquam non meminerunt, se esse homines, se præesse mortalibus. Sunt & audiunt optimi & sanctissimi patres. Quemadmodum umbra sponte sequitur corpus, soli expositum; ita ex animo lubenti titulus *patris patriæ* proficiscitur. Cives enim usu & experientia edocti, sciunt, sibi rem esse cum patribus paternisque animis. Hinc Augusti, Trajani, Antonini, hinc Mecænatæ, Sullii, Mori, aliique amici & vicarii veteris recentiorisque memoriæ & ab hostibus audiunt *patriæ patres*. Præclare de his atque talibus viris *Seneca* in libro *de clementia*: Cetera, inquit, cognomina honori sunt data. Magnos & felices & augustos diximus, & ambitiosæ majestati quidquid potuimus, titulorum congeffimus, illis hoc tribuentes. *Patrem* quidem *patriæ* appellavimus, ut sciret; datam sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima, liberis consulens suaque post illos ponens. Hæc *Seneca*! Vere magni sunt ejusmodi patres patriæ, quippe quibus potestas est malefaciendi, sæviendi & crudeliter consulendi; quæ ne faciant, maxime cavent. Ceterum si his *patribus* veneranda accedit ætas, annosa & rugosa facies; duplici de nomine *patrum patriæ* titulo sunt exornandi, & reverentia, ipsis debita, haud exigua, inde capit incrementa. Verum enim vero senectus & anni non semper addunt prudentiam &





& consilia. Et licet spectare pueros, in magna fortuna locatos, consiliis & prudentia viris gravissimis comparandos. Brevitati studens ex antiquitate tantum *Hannibalis Scipionisque* exempla citare sat habeo. Et apud nostros majores, veteres Germanos, ii tantum *Hermanni* i. e. exercituum duces & patriæ defensores audiebant, qui usu & experientia subactos gerebant in pectore animos; tantumque virtutibus præstabant ceteris, quantum honoris cultu & dignitate & auctoritate eminebant. Inde vox Germanica *König* significantior est, quam vulgo creditur. Derivatur enim ab obsoleto *Cuning*, in anglico idiomate adhuc dum usitato; inde *Batavis Konning*. *Cuning* vero est rerum peritus & sapiens καὶ ἐξοχὴν in sensu eminentissimo. Pari ratione titulus *patriæ patriæ* non in ostentationem, sive ut genio seculi mos geratur, principibus attribuitur: officia enim & functiones paternas possessoribus injungit. Vox *pater* est relativa, & refertur ad liberos eorumque tutelam & educationem. Ii demum vere audiunt, sunt, appellantur, & salutantur *patriæ patres*, seu superioris sive inferioris ordinis: ii demum sunt colendi, honorandi, suspiciendi venerandique tamquam genuini patres, tamquam Dii mortales, mortalium miseros juvantes; qui hæc fere agunt, actitant, diesque noctesque curant. 1) *Patriæ parentes saluti civium prospiciunt*, & adversa & mala sua sapientia & prudentia convertunt in prospera & fausta. In periculis sunt intrepidi præsentisque animi: futura prospiciunt: sapiunt ex præteritis, & præsentibus scienter & curiose medentur. Pericula patriæ imminencia timent; præsentia contemnunt, animumque ostendunt invictum & infractum. 2) *Nunquam non memores sunt, se principes esse DEI GRATIA & a summo Numine dependere*. Religionis itaque in omnibus habent rationem, ejusque ministrorum, omniumque, quæ huc referri queunt. In primis prospiciunt posteritati, educationem proles dum jubent, mandant & præcipiunt. 3) *Et corporis & valetudinis eorum, qui ipsis parent, curam gerunt*. Medicos enim & Chirurgos artis suæ peritos, obstetrices bene edoctas, & Pharmacopolas, scientia & arte unguentariis præstantes, constitui volunt. 4) *Securitatem tranquillitatemque publicam semper curæ habent cordique*. Aequa enim lance ipsi justitiam distribuunt, & idem æquitatis justitiæque studium Themidis

facer-




sacerdotibus supremi superioris & inferioris ordinis injungunt. Hinc & rei militari student, bellumque in pace parant. 5) *Agriculturæ ejusque cultoribus favent*; rusticolas hortantur, excitant, ab injuria defendunt; quo omnibus alimenta suppetant. 6) *Et commercii imprimis habent rationem & curam*; probe gnari, commutatione mercium opes & emolumenta civium & ruricularum posse augeri. 7) *Industriam omnium excitant*; dum eos præmiis muneribusque ornant, & ornatos ceteris monstrant, qui probe & naviter pro patriæ patriisque patriæ honore, gloria & augmento laborarunt, multa vulerunt, sudarunt & alserunt. 8) *Patres patriæ exemplo docent & præcunt*; non ignorant enim virtutem & bonos mores & disciplinam non tam verbis & præceptis quam factis et exemplis posse doceri. 9) *Patres patriæ in eo maxime consulunt posteritati, dum omnibus, quibus licet, modis invitant ad connubia, & eos, qui liberorum numerum haud penitendum sustulerunt, gratia & favore sustentant*. 10) *Omnes ac singulos, quantum fieri licet, et vilissimos sordidissimosque paternæ cura, paterno amore complectuntur*. Qui vere sunt patres patriæ, semper meminerunt, se esse homines, sibi que unam eandemque esse originem, unum eundemque in hanc vitam ingressum, unum eundemque futurum exitum cum mortalium tenuissimis. Hæc fere agunt, hæc fere agere debent patriæ patres. Quanta itaque est patrum patriæ potestas! Omnia vident ex sese unis pendentia; hominibus gentibusque dant fortunam, eorundemque felicitatem habent in manibus. Quæ de patriæ patribus in genere dicta sunt, et de eorum vicariis eorundemque subvicariis prædicentur, necesse est. Quælibet terra, quævis urbs, quodvis oppidulum, quivis pagus et terræ tractus in sensu latiori et latissimo patres habet patriæ, velint modo, cupiant modo esse!

§. IV.


Operæ pretium est, ut patrum patriæ officia et functiones et animos paulo largiori genere scribendi explicentur. Agedum videamus, quantum valeant, quantum portent! Non illi fabulosi, sed veri sunt *Atlantes*, suis humeris manibusque, non quidem cæcum, sed orbis terrarum, sed patriæ salutem, pacem, prosperitatem portantes, fulcientes conservantesque. Valeant *Argi* fabulosi!

C

lofi!



lofil Valeant *Hercules*, herculeæque vires; poetarum fictionibus ad sidera sublatis. Patres patriæ non centum, sed millies millibus oculorum gaudent, iisdemque sublimes spectant et utuntur. Eodem in sensu et Hercules ingentium immensarumque virium, adeoque Briarei millies millibus manuum instructi et præditi sint necesse est: ipsi enim pro multis vident, vigilant, cogitant, actitant, factitant, prospiciunt et provident. Gubernaculo orbis terrarum, & urbis & reipublicæ peritissimorum gubernatorum more, assident, clavum tenentes, cum sereno, tum minaci & tonanti celo. Sic se dignos *patrum patriæ* appellatione ostendunt: animum enim in omnibus, quæ peragunt, manifestant paternum. Civium salus, rusticorum prosperitas, omnium vitæ rationum, generum, conditionum, ordinumque felicitas summus est finis, curæ paternæ nunquam non propositus. Hoc agunt & in hunc finem omnes animi nervos semper habent intentos. Patrum patriæ negotia non sunt levia & inania imitamenta. Immania prorsus ingentia, incredibilia, omnem fidem & conceptum excedentia sunt onera patriæ parentum, si velint, si cupiant, functionum officiorumque multitudine, quam vix ac ne vix quidem mens humana capit, satisfacere. Vilis plebecula cujuscunque sortis, conditionis & ordinis; mentes malæ & perversæ malevolentium omnia acta & facta limis, luscis, & oblique tortis respiciunt oculis, vitiatisque luminibus perverse & scelerate & impie judicant patrum patriæ actiones. Quid mirum? in unius mortalis, in excellentissimo loco positi, verba & facta multorum millium ora sunt conversa. Quam ardua res sit unius hominis vel paucorum curare salutem, curare veram felicitatem, ii sciunt patres, ii norunt præceptores, ii perspectum habent magistratus, qui pie de suis sentiunt officiis. Ponamus sub oculos gregem multorum millium animalium, ratione præditorum, loco distantium, conditione & vitæ generibus multum inter se differentium &c. tutelæ & curæ & fidei unius hominis creditum. Sæpe dubiam trahit sententia mentem multorum probatissimorum integerrimorum peritissimorumque Philosophorum & Theologorum, an ab uno homine, mortalitati atque erroribus, æque ac cæteri, obnoxio, & a paucis adjutoribus suffulto, tot & tanta expectari queant. Recte, sancte & graviter ille longe celeberrimus




berrimus Episcopus *Fenelonius* in libro pervulgatissimo, *Telemachi* fata explicante, quemque non pueri, sed barbati legere deberent, conqueritur miseram mortalium sortem, his fere usus verbis: Dolenda sane est iniqua mortalium conditio, qui necesse habent, ab uno eodemque mortali gubernari. Per Deum immortalem jurare licet, non unius esse hominis, tot & tanta portare onera. Has ob causas patres patriæ summo loco positi non nisi genera sibi curanda suscipiunt; species vero & individua eorum tutelæ & probitati, quibus pro manibus utuntur, tradunt, id est vicariis vel patriæ patribus inferioris & infimi ordinis, eosque docent, quid opus sit factu. Sic voluit, sic jussit, sic instruit summus universi conditor benignissimusque cæli terrarumque rector & pater. *Patres patriæ* eunt, quo possunt, cuncta tuendo, regendo & gubernando. Quas ob causas merito proximi sunt Deo; recte dii appellantur & jure numini summo comparantur. Hinc apud Romanos in deorum numerum relati, divique post mortem sunt appellati. Dii sunt enim, vicibus summi Dei fungentes; quos videre, adire & alloqui licet. Quæ cum ita sint; haud mirum, quod multa fiant secus, ac ex vulgi obstinata opinione fieri deberent. At tamen inest mens divina & animus rector in patriæ patribus & mortalia minime fluunt casu. Non ausim inficias ire, nec licet ignorare, esse, qui patriæ patres videntur, certe ab adulatoribus appellantur; qui tamen non sunt, quod audiunt: qui nomen & omen non habent. Sunt quidam inertes, desidiosus, suarum voluptatum oblectamentorum non raro puerilium, nunquam non studiosi & curiosi, quique, sic agendo, populi & plebis salutem negligunt. Sane sunt & patres patriæ ejus generis, qui nihil faciendo muneris & dignitatis vices explere arbitrantur. Non ignoro, hos & istos plus peccare in patriam, in cives, in posteros, quam crudeles tyranni cæde, sanguine & ferro. Quomodocunque hæc sint, si quis absque partium studio luminibus mentis non vitiatum mortalia intueri velit; reperiet ubique summi numinis jussu & permissu mala esse mixta bonis: quæ medicamina mortalium erroribus interdum æque sunt necessaria, ac nutritioni corporum alimenta. Fingamus longissimam patrum patriæ seriem. Quota pars audit & audire gestit officiorum enumerationem, quæ ipsis



incumbunt? Hinc aures veritatis sunt insuetæ. Plurimi adulatorum caterva cincti incedunt, quam veritas perfringere nequit. Ceterum, quod jam supra innui, nulli mortalium iniquius & iniustius judicantur, carpuntur & discerpuntur, quam patriæ patres. Paucissimi, & forte nulli, ex vulgi opinione erronea, ita sunt comparati, ut omnium suffragio favore & amore digni videantur. Verum enim vero & hac in re patres patriæ summo numini sunt assimilandi. Non curant, non morantur populi & plebis sententias & judicia. Contenti sunt sua ipsorum conscientia & voluptate, quibus ex recte factis fruuntur. Quanta sunt onera patrum patriæ, quanti labores & dolores in enitenda civium salute; tanta sunt etiam bona æque solida, quibus nunc & olim gaudent & delectantur. Dulcissima est recordatio, unius hominis veram felicitatem curasse: at quanta esse debet fruitio indicibilis, multorum millium saluti prosperitatique prospexisse? Non culpa est patrum patriæ, cum maxima pars mortalium fecerit veram & salutem duraturam non sentit. Apagite, o cives ingratiissimi animi! inanes questus! Ignoratis enim, quæ sint vera bona, qui sint veri & genuini patres patriæ. Cupitis, quæ habere noceret, & possessa, & licita, & salubria, intacta finitis. A condito mundo usque ad nostram memoriam paucissimi mortalium sua sorte contenti vivunt. Patres patriæ ingratis questibus liberorum non absterrentur, non impediuntur, quo minus imperterrito animo veræ salutis & vitæ rationem semper teneant, parum curantes, scire velint, nec ne, ad quos ipsorum curæ, negotia, officia & functiones pertinent. Solatia & hortamenta non parum efficacia indeperunt, cum intelligunt; maximam hominum partem & in Deum semper pro maximis beneficiis ingratiissimum gestare animum.

§. V.

Cuncta instituta humana, eaque optima & saluberrima, religionis sano & perpetuo usu destituta, abeunt in fumum, in perniciem mortalium, pereunt & ruunt. Innumeris præteritorum seculorum exemplis documentisque modo prolatorum veritatem licet intelligere. Si patres patriæ demum veram cupiunt civium salutem, de felicitate haud fucata probe sunt solliciti, qui in omnibus,



bus, quidquid agunt, religionis puritatem, florent, excellentiam, vigoremque semper ante oculos habent posita. Religio validissimum est vinculum, quod mortalium ferocissimi omnino percurrere non audent. Si sane parentes male consulunt liberis, qui opes congerunt, divitias coacervant, indulgentia natos depravant, & neque educationis, neque pietatis rationem habent. Hac in re tutissime licet a minoris jactura ad majoris damna inferre. Id enim, quod negligentia religionis in statu domestico evenit; multo magis in majori, politica societate, patrum patriæ socordia & religionis contemptu accidere potest: idque longe majori cum damno & calamitate. Non jam est mei instituti, pluribus patrum patriæ curas circa religionem explicare. Hæc quidem pro incepto sufficiant. Supremi, superioris & inferioris ordinis patriæ patres id agere & curare debent, ut ubivis, rure & in urbibus, probi, integri, vitæ scelerisque puri, eruditi doctique ministri religionis constituantur; dein ut protegantur, ne jura eorum violentur. Dignitas hujus ordinis abhinc aliquot annis non parum imminuta videtur; idque, si longius procederet, sane cum damno, pernicie calamitateque populi & plebis, civium rusticorumque fieret. Quæcumque contemptorum subannatorumque religionis profana cohors rictu evomere & scriptis divulgare audeat, ut fundamenta humanitatis, salutis, felicitatis, legum, adeoque status politici subruant; tamen quivis, particula qualicumque sanæ rationis instructus, facillime intelligere poterit, absque religione ejusdemque ministris orbem terrarum ejusque singulas partes diutius stare non posse. Verum hæc atque alia, veritati exploratissimæ convenientia, nunc mittamus: religio enim ejusque sanctissimus auctor & conditor semet ipsos in secula seculorum tuebuntur, & adversarios amarulentos fugabunt prosternentque. Hæc quidem fata fuerunt veræ religionis a primordio rerum; eademque erunt usque ad hujus ævi finem. Ceterum patrum patriæ est honor & decus & ornamentum & securitas, hanc in rem intentos semper habere oculos; & sic agendo tute & certe multorum millium salutem felicitatemque curabunt. Mirum quantum verbi divini ministri, quocumque in loco positi, possint & valeant & polleant, si probe ingenio & sale theologico & eruditione vera & solida sunt præditi & instructi.



structi. Pessimè consulunt patriæ patres ruriculis, civitatumque incolis, dum non dant, sed obtrudunt ejus fufuris homullos, quos vel quivis villicus suos bubulcos & suarios nollet. Cavendum vero, calamusque est cohibendus, ne audacius justo imperu feratur. Videant modo patriæ patres, ne dent paterculos pro patribus, *Lacedæmonum* imitati exemplum, qui pro regibus regulos ferre noluerunt. Patriæ patres non ignorant, religionis curam ejusque ministrorum habitum & statum & facultates & mores non tantum ad eos, qui nunc sunt, pertinere; sed etiam ad posteros pertingere. Patres patriæ non ita, uti par est, religionis omniumque rerum sacrarum curam agunt, nisi simul id vident, ut & rure & in urbibus idonei, probi intelligentesque inferiorum & superiorum scholarum præceptores & magistri collocentur. Nullum est magno principi impendii genus dignius, quam quod erogatur in posteros. Sub talibus patribus patriæ, qui curam religionis & educationis et institutionis, tamquam inseparabilia status publici negotia, conjungunt, lubet, liberos gignere et tollere. Hoc modo a prima infantia liberi publicos parentes munere educationis experiuntur, crescunt patribus patriæ, libenterque ad munia, ad munera, ad stipendia perveniunt, ut auctoribus tantorum beneficiorum gratum animum exhibeant. Non mea hæc sunt verba sed, ni fallor, *Plinii* junioris: quo in loco vero legerim, non satis certe memini. Caveant patres patriæ, ne, ut olim, milites exauctorati, pedissequi, iique analphabeti, nec dotibus nec peritia, ad negotium tanti momenti necessariis, instructi, prorsus vero norionum communium rudes, et non raro sensus communis expertes, adhibeantur. Quanti defectus adhuc dum hoc in opere, vix dum ab una parte incepto, lumina mentis advertentium contristent et refugere faciant a conspectu, vix credibile est dictu. Utinam patres patriæ e fastigio rerum, ab excelso loco, a splendorum dignitate ad hæc humilia velint descendere. Adhuc dum crassa et palpabilis ignorantia plurimos tenet et regit magisterulos, qui, ut alios ducant, doceant, instituant, sunt constituti. In eodem luto adhuc dum hæret educationis, pueritiæ juventutisque negotium. Præter Deum nemo, nisi patres patriæ, eorumque vicarii, hæc in re pejora in meliora mutare possunt. Aurora emendationis, correctionis melioris-




liorisque disciplinæ, indultu et gratia patrum patriæ, jam eluxit: velit ter optimus Deus corda principum eorumque amicorum eo dirigere, ut unitis viribus in incepto opere velint pergere! Quæ gratia est Dei, quæ clementia est principum, artes liberales et scientiæ sic satis florent, absque quarum adjumento religio mera est superstitio, et disciplina scholastica non nisi purus et putus *pedantismus*. Hæc omnia si stare debeant, necesse est, ut patres patriæ curas amplient et continent: sua ipsorum nimirum auctoritate et exemplis refrænent corruptorum depravatorumque morum torrentes. Hæc reformatio et correctio cum negligitur, cetera omnia instituta non pedetentim, sed cito evanescent. Tempore verno arborum flores multicolores summa afficiunt spectatorum oculos voluptate: at ni advertas, ni destruas erucarum pestes, cito citissime voluptas cum spe evanescet. Fiat applicatio similis ad ea, quæ jamjam sunt dicta. Vix credibile est, quanta sit vis, et quam pestifera morum corruptorum in pueritiam, in juventutem; et huic rei medela non nisi a patribus patriæ est speranda. Fiat! fiat!

#### §. VI.

Patrum patriæ officiis recensitis, quæ ad animum, hominis præstantiorem partem, pertinent, nunc de curis circa corporis valetudinem vigoremque paucula quædam erunt differenda. Et hæc in re patres patriæ, eorum exemplo, qui natura sunt patres, civium rusticorumque valetudinis secundæ rationem habere debent. Ii demum patres familias probe suo funguntur officio, qui liberorum totiusque familiæ robur et vigorem corporis in oculis et in finibus habent, curando ut valeant, ut sit mens sana in corpore sano. Eadem cura paterna, eodem animo et amore, parentes publici sibi subjectorum saluti et valetudini, quantum in ipsorum situm est potestate, prospiciunt. Res profecto est majoris momenti, quam vulgus insanæ mentis, et plebs insulsa arbitratur. Hoc in negotio si patres patriæ negligentiores justo agunt, si eorum vicarii mandata et jussa, ad hanc rem facientia, non strenue, non rigorose exsequuntur; pestis inde emanat in vulgus, in plebem et populum. Nefas est infandum, vulnera et morbos, aut male curatos, aut scelerate neglectos, in christicolarum castris aspiciere



cere, quos vix in Turcarum & Barbarorum imperio & terra aspi-  
 cere licet. Patres patriæ ita, uti par est, solliciti sunt de liberorum  
 fervorūque suorum valetudine 1) *quum peritos*, moribus lauda-  
 tos, experimentis documentisque probatos, *medicos chirurgosque*  
 urbibus, ruri regionibusque dant, *constituunt* & indulgent, eosque,  
 quacumque occasione idonea, ad recte & probe faciendum, præ-  
 miis, certe encomiis laudibusque exhortatoriis excitant & inflam-  
 mant. Rideat plebs insulsa & insana, rideant licet viri melioris  
 conditionis, ab hac re despiciendi: Medicorum opera, officia &  
 onera sane sunt ponderosa in eorum oculis, qui rem lance poli-  
 tica prudenter perpensitant. Res medicorum, chirurgorumque  
 negotium est maximi momenti, quo neglecto, ignorato & con-  
 temto, dira mala; at rite curato, infinita bona in plebem popu-  
 lumque fluere possunt. Experientia, quavis irrisione intempestiva  
 fortior validiorque, in omnibus sæculis satis superque est testata,  
 nullius imperii, nullius reipublicæ salutem & prosperitatem abs-  
 que *Aesculapiorum, Hippocratum, Celsorumque* curis, artibus & labo-  
 ribus stare posse. Velint modo patres patriæ, velint eorundem  
 vicarii, caveaturque simul ne desint arti honosque decusque præ-  
 miumque: certe nec deerunt, qui, vel vitæ periculo, salutis ci-  
 vium infimæque plebis invigilent. Arceatur unguentiariorum,  
 circumforaneorum, balneatorum, tonforumque imperitissimo-  
 rum cohors, lues, colluvies & pestis horrenda, qui adhuc dum  
 crudele exercent imperium in plebem rudem, in terræ filios,  
 eosque, ex ipsorum lecythis dealbatos, mature & cito citissime  
 morti pallidæ tradunt. Quousque tandem, o carnifices plebis!  
 abuti licebit nostra patientia! Sutores, sartores, anus, vagabundi  
 balatrones, perfidi veteratores artem exercent medicam & chi-  
 rurgia se peritos gloriari non erubescunt. O patres patriæ in-  
 dulgentissimi! O patrum patriæ vicarii, benignissimi, benevolen-  
 tissimique! Licetne, urgentibus malis, vestram implorare opem?  
 Non jam venienti, sed abhinc longo tempore præsentis malo suc-  
 currere dignemini! Vestra in potestate & auctoritate situm est,  
 tanta mala præsentia, aliaque imminencia avertere. Quælibet le-  
 gio militaris suis utitur medicis & chirurgis, iisque peritis & pro-  
 batis. Utinam eadem instituta a patribus patriæ, legionibus &  
 populi




populi & plebis indulgeantur? 2) Medici suæ artis peritissimi, chi-  
 rurgi manuum solertia & agilitate inclytissimi, nihil possunt facere,  
 nihil valent, nisi pharmacopolia, sive sic dictæ *apotheca*, medica-  
 minibus, iisque largis & efficaciter operantibus, sint instructæ.  
 Et huc sese extendat patriæ patrum cura! Et huc vicarii dignen-  
 tur flectere oculos, multorum millium salutis causa! Felices civi-  
 tates, urbes, suburbia & pagos & vicos! ubi medici & chirurgi,  
 non turpis lucris causa, sed valetudinis restituendæ gratia, probe,  
 integre & bene sua ipsorum explent munia: Felices urbes! ubi  
 pharmacopolis non licet, vilis lucelli gratia, vendere excrementa  
 murina pro pipere & papavere, agrotantibusque pro potionibus  
 salutiferis pestifera & letifera ingerere! Felices urbes! ubi medici  
 non gravantur, patrum patriæ iussis & exhortationibus admoniti  
 & excitati, in pauperum tabernas tanto ardore descendere, quanto  
 procerum turres intrant! Felices urbes! ubi chirurgi non in eo  
 negotio salutis proram & puppim ponunt, ut amputent, ut urant,  
 ut secent, ut ferro & igne grassentur, cum partes arte & medica-  
 minum virtute & vigilantia medicorum sinceræ resarciri queant?  
 O felicem terram! O terque quaterque beatam regionem! ubi  
 hæc atque talia sub oculis patrum patriæ, e sublimi spectantibus,  
 concordant & invicem respondent. 3) Patres patriæ revera hoc  
 nomine, hoc titulo honorificentissimo digni sunt, quum posteritati  
 & vitæ præsentium & futurorum hominum consulunt, dum ob-  
 stetrices, caste & pudice edoctas, dexteritate manuum inclytas &  
 experimentis documentisque probatas, civitatibus, pagis, vicis-  
 que constitui non tantum in votis habent, sed in iussis mandant,  
 jubent & volunt. Hæc scribenti veniunt in mentem populi Israe-  
 litici obstetrices in Aegypto degentes; & ex narratione apparet,  
 jam tunc temporis majestati regie obstetricum negotia innotuisse;  
 simul etiam prono alveo ex eadem fluit narratione, obstetricum  
 labores pie, caute, sobrie & integre agentium, in primis Deo esse  
 commendatos acceptosque. Gratulari licet nostro sæculo & po-  
 steritati, quod fere omnes principes, rei modo dictæ, habeant  
 habuerintque abhinc longo tempore rationem. Quum res non  
 semper ex votis & sententia succedunt, ne culpa transferatur in  
 patriæ patres eorumque adjutores! Optima interdum instituta,  
 D negli-




negligentia & incuria in fumum abeunt. 4) Quamquam jam supra fecerim mentionem, tamen ob rei pondus non possum, quin iterum injiciam. Valetudinis & crurum, & capitis, & manuum omniumque corporis artuum membrorumque rationem habent patres patriæ & curam gerunt, cum velint & mandent, & jubeant & in mandatis ipsorum vicariis inculcent; ut ne quis artem medicam & chirurgiæ partes profiteatur, nisi exploratus & a viris, rerum peritis, sit probatus. Omnes itaque opilliones, carnifices, pastores suarii, bubulci, pharmacopolæ, inopia deperditi, fabri ferrarii, aliique ejusdem furfuris homulli, pestis populi & rerum-publicarum grassatores arceantur, ne exercent artem medicam, stragemque populi edant, adeoque, si contra faciant, severe & rigorose puniantur. 5) Quam clementissime patres patriæ curam agunt valetudinis prosperæ civium, quum morborum & ægritudinis causas, fontes & principia tollunt, desidiâ scilicet civium, inertiam, luxuriamque. Ne longior sim in re justo, quam nunc pro materiei dignitate proferre & exsequi licet, id tantum omnium civium nomine, qui sane sentiunt, in medium proferam: Nos nimirum patribus patriæ optimis optimas agere debere gratias, quod dies festos feriatosque, materiem desidiæ, malorum principium & luxuriæ occasionem & morborum causas superfluos & inutiles abrogare sint dignati. Laboremus! esto symbolum & sic non verbis, sed factis, pro beneficiis referemus gratias patribus patriæ, & origo multorum morborum erit sublata.

§. VII.

Ad aliud accedo officium, æque onerosum ponderosumque, patrum patriæ, ac præcedentis paragraphi contentum. Nihil egerint patres patriæ, nihil profecerint, nihil profuerint, nisi & securitatis tranquillitatisque publicæ rationem habeant. Multiplex est labor, hoc negotio si rite fungi cupiunt. Angustia temporis exclusus, longus in enarratione hujus oneris esse nequeo. Patres patriæ, huic officio satisfacturi, hæc fere agant. 1) *Judices summi & inferioris & infimi ordinis, æquitatis justitiæque amantiissimi, qui jura æqua lance distribuunt, ut constituentur curent.* Eadem curatio pertingat ad causidicos, patronosque causarum, ut justitiæ stude-



studeant, juribus pareant, clientumque lites pie, integre, sancte & probe tractent. Quantus horror & tremor per ima currit ossa, mecum cum cogito mala & calamitates, quas causidici pejoris notæ urbium incolis & agrorum ruricolis inferre possunt, intulerunt, inferuntque; tanta afficior voluptate & gaudio plane indicibili, cum video & lego, quantopere magna pars patrum patriæ sint occupati, ut hæc mala de civium capitibus crumenisque auferantur. Quis non recordetur exultabundus, quæ & quanta & quam mirabilia & inaudita adeoque exempla sine exemplis Rex ille magnus Borussorum nuperrime ediderit. Sane de quam plurimis judicibus causidicisque, ni pie, ni probe sua officia sentiant & teneant, eadem prædicanda veniunt, quæ *Themistocles* de se in epistola ad Persarum regem confitetur: *se nimirum omnium Grajorum plurima mala domui regis intulisse.* O utinam omnes judices & causidici olim coram judice supremo constituti, aut in agone mortis luctantes, sic loqui possint: Ego N. N. venio ad te, meque sisto coram tuo tribunali tremendo, qui omnium hominum plurima mala in eorum domos intuli, qui injurias & injustitias & oppressiones & latrocinia & furta exercebant. Virtute muneris & officii mei mihi necesse fuit, adversus tot oppressores innocentia, raptores & fures viduarum orbatorumque bellare, patriæque cives & pauperes & integros & probos defendere: bonis enim nocuissem, si malis parcere voluissem. Idem multo plura bona feci, defendendo masculos oppressos, & injuste occumbentes, aliorumque iniquitate ad incitas redactos. Tantum! Si unquam rabula hanc legere possit imitationem puerilem, sane rideret, & in sinu gauderet, dicens: Parum curo hæc atque talia vituperia: ego enim plaudo mihi domi, cum recenseo, cum cogito, quot bona ex eorum manibus astutia mea extorquere contigit, qui nesciunt hujus seculi opibus uti. O in felices terras, ubi hæc pestes impune grassantur! At contra felicissimos patres patriæ & vicarios, qui nunquam non pedibusque manibusque allaborant, ut *Astræam* fugatam revocent reducantque. Tam larga est materia, ut quæ in primis dicam, quæ omittam, non habeo certum. O felices cives & ruris colonos! quibus ad patres patriæ, sive ad eorum vicarios amicosque aditus patet, accessus datur, ut ab insidiis oppres-




fionibusque eorum protegantur iudicum causidicorumque, qui justum & injustum, rectum & curvum, humana & divina negligendo, omnia sibi licere, sic satis prave & perverse opinantur, & hac in re, quæ Dei est gratia, principumque & vicariorum illorum clementia, nostro ævo gratulari lubet. Prospiciunt enim æquis legibus, curantque, ut observentur. Cavere modo velint patres patriæ, ne legum multitudine voluminosa laborent civitates, editorumque infinita copia, quæ nemo scit, nemo legit, subvertantur. Brevissima via inter duo puncta in Matheseos scientia definitur linea; & justitia quam brevissima via litigantibus clientibusque patrum patriæ indultu distribuatur. Fiat justitia, & pereant rabulæ fame, & deperdantur inopia causidici, qui ventris, & lucri turpis, & gulæ causa, momentum lancis justitiæ pro magnitudine, pinguedine, ubertate & multitudine munerum munusculorumque, inclinare & lancem oneratam subsidere faciunt! Patres patriæ volunt, & jubent, & hortantur, ut nulla sit personarum acceptio; ut pauperrimis mendicis, sordidissimis operariis, vilissimis opificibus juxta cum ditissimis factiosissimisque una eademque sit justitia. Hoc statu rerum, hoc habitu justitiæ omnibus lubet vivere, omnibus licet exclamare: O patres patriæ! quanta vobis debemus, cum tute, tranquille & secure, justitia & æquitate custodibus, cuique sub ficu sua contingit bonis frui, antea non intellectis. Sic paritur reverentia in leges. Sic iudices & causidici, justitiæ studiosi, formantur, finguntur & instituuntur. Optime se habet de patria ejusque patribus, hæc atque talia cum multorum ore audiuntur, cum injustitiæ & iniquitatum fautoribus ne transfennæ quidem, nedum januæ & portæ, pateant. Vivat integritas iudicum! Floreat causidicorum continentia! Vigeat utrorumque temperantia! 2) Securitati & tranquillitati patres patriæ prospiciunt, omniumque ordinum & conditionum ruitas reddunt possessiones, *militiam, milites gregarios, ducesque militares colendo, fovendo, amando*. Ut nunc res sunt, & abhinc longissima seculorum serie fuerunt; imperia & regna absque milite perpetuo, eoque probe in armis exercito, absque ducibus, rei militaris studiosis & peritis, durare & stare nequeunt. Milites eorumque præfecti custodes sunt publici, quorum copia, vigilantia, fortitudine & dexteritate salus regum, salus



salus civium nititur. Et hac in re plebs ejusque similes mirum quantum caligant, nescientes, quanta commoda, quanta emolumenta a re militari civibus urbibusque proficiantur: & hoc in negotio lubet nostro seculo gratulari, patribusque patriæ, ex intimis animi affectibus, gratias agere, utinam & omnes velint referre! quod & hac in re quam benignissime securitati tranquillitatieque publicæ prospicere sint dignati. O felicia nostra tempora! ubi Dei auxilio freti, patrum patriæ & militum virtute macti, non amplius necesse habemus, ut manibus sublatis & voce acuta in conventibus sacris cantemus: A Turcarum & Papæ cupidine cædendi, o Supreme! tuam velis protegere ecclesiam!

#### §. VIII.

Patres familias, victus & amictus curiosissimi sunt, ut habeant liberi, quod edant, quo alantur, quo amiciantur. En tibi causas commoventes impellentesque, quibus patriæ patres favent agri culturæ, fovent colonos, bene cupiunt commercio, nec desunt opificibus. Recte hæc curant patres patriæ. Pater enim & pastor cognata sunt nomina ejusdemque originis. Nescio, qui factum sit temporum injuria hominumque iniquitate & superbia, ut & agricultura ejusque cultores in summum fere venerint despectum. Olim non erat sic. Veterum testimonia, quanto in honore agrorum cultura apud veteres fuerit, adeo sunt luculenta & splendida, ut vix aliud ullum genus vitæ, idque honoratissimum, cum agricultura pari passu ambulare possit. Rectissime olim agrorum cultura fuit & nunc est alterum solii regalis fulcimen, quo regia potestas, salus & felicitas & vita tot millium nituntur. Et hac in re nostra ætas in ea incidit tempora, ubi sicuti litteræ, hucusque neglectæ, in seculo decimo quinto domum in lucem reducebantur Mæcenatum favore & fervore; sic etiam patres patriæ omnes animi nervos in id intendunt, ut agricultura a contemptu & neglectu vindicetur. Recte ii mortalium præeminentes patrium patriæ nomine gaudent, qui instituunt & faciunt, ut olim deserta, campique irrigati & inculti, induant florem, nutriant fruges & discant fructus gignere. Optime se res de nobis habet, cum in primis de alma Germaniæ principibus hæc atque talia prædicare possu-



possumus. Si quis nunc majorum nostrorum decimi quinti, sexti & septimi seculi omnem sui temporis superficiem Germaniæ aspiciendo animadverterit; nunc vero tractus & regiones & angulos pererrare & perreptare possit, vix credat, vix mente concipiat, vix sibi persuasum habeat, eandem esse terram, quam olim incoluerit. Profecto indultu & curis & præmiis & exhortationibus, incitamentis & exemplis ingens & plane incredibilis facta est rerum mutatio. Nostri oculi huic spectaculo amcenissimo & vetustate jam obsoleto, assueti, nihil novi, nihil miri spectant. Haud fieri potest, ut imaginatio vivacissima retrogrediatur in secula præterlapsa, eorumque statum & conditionem agriculturæ. Hoc si fieri posset, sane mirabundi & maximo animi stupore lubentes confiteremur: En vetera transiere, omnia nova sunt facta, certe in melius mutata. Quivis itaque, qui patriæ patribusque bene vult, in votis habet ardentissimis, ut principes curriculum inceptum velint continuare; adjungere liceat, ut eodem fervore & eadem diligentia, eodemque favore prolem rusticanam dignari velint. Adhuc dum educatio institutioque nobilissimæ utilissimæque partis humanæ societatis, multis in partibus Europæ, adeoque Germaniæ, manca est & mutila. Multa inde mala derivantur in populum plebemque. Ubivis terrarum fodalitia œconomica, seu, si MAVIS, societates agrariæ institutæ cluent. Utinam pari modo animorum culturæ juxta ratio haberetur. Velit ter optimus maximusque Deus, ut hæc pia desideria, indultu & provisu & curis principum abeant in effectus & profectus. Ut nunc est rerum status, absque agricultura neque principes neque eorum potestati subiecti vel omnino esse non possent vel id certe non forent, quod revera sunt. Fingamus rus agrosque ferro & igne vastata! Fingamus miseras, quæ inde nascerentur! Numnam in vetustissima tempora eorumque vitæ genera reverti liceret? Num glandibus & radicibus & herbis vesci juvaret? Horreo refugioque, de vitæ miseria cogitare, quam non nisi sic trahere liceret. Inde liquere potest, quantum debemus, quanta accepta referimus patribus patriæ, & agrorum hortorumque cultoribus. In emporiis sæpissime ad pocula sæcundosque calices cum sunt hilares; epulæ personant propinatione usitatissima & tritissima: *Floreat commercium!* Probe qui-



quidem! at velim, ut epulantes convivæ subjungant: *Floreat agricultura!* Ceterum patres patriæ merito & commercio favent. Ut nunc est status rerum politicus, absque commercii exercitio merciumque commutatione, absque mercatoribus negotioribusque neque cives neque ruris coloni felices vivere & subsistere possent. Instituta nostri ævi, ad florem commercii facientia, digna sunt, quæ summis laudibus extollantur. Abusus non tollit usum. Quidam morosophi luxum luxuriamque aliaque vitia ex commercii flore orta contendere audent. Nulla res est tam sancta, tam utilis, tam proficua, quin mortalium temeritate & abusu violari possit. Postremo & nostro seculo patribusque patriæ honori laudibusque ducatur, quod et opificiorum opificumque sordidissimorum, quibus civitates urbesque carere nequeunt, rationem habere non sint dedignati. Prudentes sapientesque soli patrii parentes universos ac singulos, suæ ipsorum tutelæ commissos, tanquam totum indissolubile, tanquam catenam, nexibus singulis inseparabilem, intuentur. Quod ab initio de agriculturæ contemptu dictum est, idem de opificum laboribus molestisque prædicandum venit: Ea est mortalium pravitas, ut eas res minimi ducant pretii, despiciant, susque deque habeant, quibus omnino carere nequeunt.

#### §. IX.

Tempora, in quæ nostra ætas incidit, et eo nomine præterlapsis jure meritoque præstare videntur; quod in omnibus terris, imperiis, regnis quam plurima floreat instituta, quibus industria et eruditorum et opificum artificumque et agricolarum excitatur. Mirum in modum principes artibus favent præmiisque opera, artificiosè inventa, scienter probeque facta, exornant. Quæcumque fere vitæ genera, quæcumque conamina nunc talibus gaudent calcaribus incitamentisque. Quod Cicero de literarum studiis prædicat, dicens: *Præmiis & honore sublati & literæ ipsæ percunt;* idem de reliquis artificum, adeoque ruris-colonorum, operibus, molestisque susceptis emendationibus obtinet. Diligentia laudata alget: at præmiis excitata equi generosi more et impetu fertur. Constat inter omnes, qui non in ipsa patria peregrinantur, quantum nostro ævo patres patriæ sapientes et prudentes






dentes hisce omnibus in rebus effecerint. Quicumque rerum, que huc usque in patria, vel in aliis terris, indultu et permisso et iussu regis et vicariorum eius effectæ sunt institutæque, vel minimam habet notitiam, confiteri non dubitabit, patres patriæ inferioris ordinis superiorum vestigia impense premere, eorumque exempla cum animi ardore sequi. Rem infimi ordinis hominibus notam et ubivis locorum pervulgatam exemplis illustrare superfedeo. Multa multis in locis superesse desideria, nemo poterit inficias ire. At non omnia simul! Peditentim, paulatim tutissime ire, progredi et procedere emendando licet. Præmia vero quantum habeant vim, quanta et currentibus addant calcaria, quantum omnibus sint incitamentum, patres patriæ hujus sæculi quam plurimis experimentis sunt experti. Quæ quamquam per se nullius vel minimi pretii sint, ut olim coronæ quernæ; tamen maximi æstimantur, si causam, si originem respexeris: et nunquam non certissimos gignunt effectus, latissimaque pariunt certamina. In quibusdam scholis gymnasiisque laudatissima obtinet consuetudo, ut indultu benignitateque principum magistratuumque ad ardorem et æmulationem juventutis excitandum, præstantioribus numismata, diligentia testimonio, distribuuntur. Utinam ab omnibus patriæ patribus superioris inferiorisque subsellii, in omnibus terris, in quibuscumque vitæ generibus, in Theologia scilicet, Iurisprudencia, Medicina, Philosophia, in re militari, artificiiis, opificiis, commercio, agricultura & in omnibus honestis artibus eadem praxis exhortatoria usu veniret! Certus enim sum, non defuturos in quovis vitæ genere, qui certaminibus & æmulatione præ aliis excellerent. Haud absurde vita humana sub imagine scenæ actorisque in scena, seu mimi, representatur. Bene se habet de mimis & actoribus, quando ex spectantibus sæpe exquirere licet: Ecquid vobis videmur probe mimum egisse? In Græcorum certaminibus corona quernæ vel oleaginea summis ducebatur laudibus honoribusque, & in omnium oculis res erat suspectu dignissima. Id tantum in Græcorum Romanorumque agonibus desideratur, quod non eadem in quibusvis vitæ actibus facerent. Quidquid contra sentientes afferre possint, tamen modesta ambitione, honesta superbia, elatione animi morata certando



tando & æmulando in pueris, juvenibus virisque certissimi, luculentissimi, splendidissimi que eventus & effectus gignuntur pariunturque. Quæ & quanta nostri temporis patriæ patres in rerum cursu sic agendo effecerint, licet spectare attente animadvertentibus. Iam vero ex effectibus ad causarum vim efficaciamque concludere æquum est. Quo major est vis causarum efficientium, eo majores sint effectus, necesse est. Patres patriæ & hac in re Deo sunt similes, quod ex minimis causis, si velint, maximos clicere effectus valeant. Sapienti sat!

§. X.

Rectissime in proverbio est: *Vitiosos principes plus exemplo, quam peccato, nocere.* Exemplis doceant, corrigant, emendent patriæ patres, ad quorum exempla totus componitur orbis. Ex omnium seculorum rebus gestis constat, vitiiis, & pravis moribus principum procerumque cuncta infici; contra regum magnatumque continentia, temperantia modestiaque universum emendari & corrigi. Si cui vacat, priorum temporum memoriam recolere, & in minori ambitu talem semper fuisse civitatem reperiet, quales viri summi in civitate fuerunt. Vix credibile itaque est, quam pessime perniciosissimeque vitiosi patres patriæ civibus consulant; quod ipsi non solum vitia concipiunt, sed etiam in spectatores infundunt & ita longe lateque pestem, luem & perniciem diffundunt. Hinc in omnibus hujus mundi temporibus optime se habuit de regnorum, imperiorum, rerum publicarum, civitatumque flore, felicitate, prosperitate, religione pietateque in Deum & regem; cum patres patriæ exemplis docerent, actionibus præirent. Haud fieri potest, quin civis recte sentiat de Deo deque cultu, eidem præstando, de officiis civium hominumque, cum videt & intelligit, optimos patriæ patres faciendo ea omnia docere. Profecto! qui imperio, potentia & potestate maximi videntur & sunt; exemplis longe majores esse possunt, si volunt. Si quis ad hominum ingenium attendere velit: si cui præteritorum seculorum res gestas hoc respectu conferre vacat; animadvertet, hominem invitum imperio, at sponte sequentem exemplo regi posse. Imperia trahunt nolentes, exempla ducunt volentes. Præclare itaque veterum



rum quidam philosophorum: *Metus*, inquit, *virtutum est infidelis magister*. Liberales sint patriæ patres, nec imperio subiecti deerunt, exempla sequi; frugales sint, & qui imperio parent, studiosi erunt frugalitatis; iusti sint tenaces, & quibus imperant, ii iustitiæ experimentis & documentis delectabuntur. Patres sint benigni & clementes, & liberi ex hoc exemplo in patres, benevolentia plenos, formabuntur; sint affatu lenes & accessu faciles, & hac virtute imperio parentes ad imitationem æmulationemque incitabunt; ament plures, & a quamplurimis amabuntur; curarum molè, negotiorum onera sponte & cum delectatione subeant: et dictis imperiisque audientes in officiorum functionumque curriculo cum alacritate animi progredientur; ament artes liberales, et non deerunt cultores, qui in iisdem excellere summa vi studebunt; præstent exemplo, quæ imperant, quæ præcipiunt; et imperata facientes eadem præstare non gravabuntur; colant Deum, venerentur summum numen, suspiciant religionem, eamque omni splendore et fastigio et dignitate potiorè ducant; et ii, qui ipsorum potestati et tutelæ sunt commissi, tales erunt in Deum, in religionem, omniaque sacra, quales patrum patriæ exemplis sunt formati et facti. Sciant patres patriæ, semet ipsos domino universi esse subiectos, et actionibus suis quasi subiectis dicant: Ne timearis! Et nos habemus dominum, supremum iudicem omnium hominum, ergo et regum, principum et magnatum. Hæc quum viderint, hæc quum audierint alienæ potestati addicti, quidni lubenti animo imperata faciant, amoremque et timorem conjunctim afferant? Sciant patres patriæ, sibi cum infimis hominum eandem esse originem, se ortos ex iisdem staminibus. Caveant itaque, ne fiant fortunæ, ne gloriantur et superbiant fastigio et splendore. Deos se esse sciant venerandos, colendos adorandosque; at mortales, morituros, mutationibus obnoxios; quos non decet fortuna et successu rumere. Nunquam non e recenti reproducant memoria, se homines exiguum spatium temporis duraturos esse. Locus quidam egregius hac occasione Plinii majoris ex hist. nat. lib. VII. c. V. desumptus, venit in mentem, et non possum, quin transcribam. *Miseret*, inquit ille polyhistor, *atque etiam pudet æstimantem, quam sit frivola animalium omnium superbissimi origo; cum plerumque abor-*




*rus causa fiat odor a lucernarum extincta. His principiis nascuntur tyranni; his animus carnifex! Tu qui corporis viribus fides, tu, qui fortuna munera amplexaris & ne te alumnum quidem ejus existimas, sed partum: tu tamen, cujus semper tinctoria est mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti! atque hodie minoris potest, quantum serpentis ictus dente! &c.* Patres patriæ, hæc atque talia secum reputantes, facillimo negotio spiritus superbos reprimere poterunt, semperque fragilitatis humanæ memores erunt. His atque talibus patres patriæ non franguntur, non debilitantur; sed eriguntur, sed elevantur, ut animus ad altiora tendat. Felicissime se habet de regnis, terris, provinciis, urbibus pagisque, ubi patres patriæ hæc atque talia secum reputant, ut, si mali esse velint, hac recordatione prohibeantur, in ordinem cogantur, corrigantur, emendenturque. Fieri non potest, quin patres patriæ, sic animati, malint liberis, quam servis, felicibus, quam miseria oppressis & luctantibus, faventibus & amantibus, quam malevolis & odio habentibus, imperare. Hæc est via, qua itur ad astra, ad immortalitatem. Sic faciendo gloriam, nunquam interituram, sibi pariunt. Quanto majus enim est exstruere, quam destruere, in vitam revocare quam interficere; tanto majus est, sic faciendo posteritatem sibi conciliare, quam ejusdem animum abalienare.

## §. XI.

De his atque talibus patriæ patribus jure meritoque licet gloriari, quod, auctore Livio, Hispani de Scipione illo magno prædicarunt: *Venerunt Deo simillimi patres patriæ, omnia vincentes benignitate atque beneficiis*. Patres patriæ, qui se suamque conditionem & vices & leges norunt, paterno amore, quantum licet, quantum datur, omnes & singulos, imprimis vero vilissimos sordidissimosque complectentur; omnium felicitatem, singulorum vitæ generum prosperitatem in oculis, certe in votis habent. Mira quadam voluptate mulcebar, quum legerem in BJOERNSTAHLII literis (orbi litterato præmatura morte erepti) de Sinensium imperatore, qui nunc regnat. *Imperator ille augustissimus* de peregrinatione pia, ad majorum sepulchra suscepta, ut eorum virtutum, meritorum, artium exemplorumque honestissimorum recordaretur, carmen com-



posuerat. Hoc in carmine tantæ majestatis imperator verbis, quam maxime patheticis, conqueritur: *Se, propter mortalitatis impotentiam debilitatemque, nondum tantam felicitatem suo imperio subiectis parere potuisse, quantam semper in votis habuerit.* Et dein cunctos ac singulos amicos, summos magistratus, proceres ac magnates, minorum gentium Deos, hortatur, orat, flagitat obsecratque, *ut se, si sciant, artem optimam majestateque imperatoria dignissimam, docere velint, cujus ope omnes ac singulos sue ditionis mortales quam felicissimos reddere possit. Postremo sibi ipsi apprecatur, ut majorum illustria exempla nunquam non ante oculos & in animo habere possit.* En vobis, patres patriæ! exemplum, in illustrissimo loco positum, & æmulatione dignissimum. Si demum patres patriæ amandi sunt, colendi, venerandi, qui populi juxta ac plebis, divitum & pauperum, opulentorum & egenorum, splendorum & vilium rationem habent; satis gnari, eos non Deo esse exotos, qui ærumnarum varietate & sordium luto in hac vita luctantur; causasque arcanas hoc in discrimine hominum latere, ad quas paucorum pervenit curiositas. Liceat exempli suprajam memorati iteratam injicere mentionem. Magnus ille FRIDERICUS, rex Borufforum, expressis verbis in edicto quodam ait: *Et mendicis liberum accessum dari debere ad reges principesque, tamquam ad communes auxiliores salvatoresque.* Noster rex clementissimus cum conjuge augustissima cumque amicis toties totiesque clementiæ in pauperes, benevolentiam in egenos, præsentis auxilii in oppressos exempla dederunt, omnium ore & sermone adhuc dum celebrata. Idololatriæ cultores, quum de Deorum clementia erga hominum vilissimos loquuntur, ut plurimum verbo *Respicere* utuntur, quod idem significat ac Teutonicum *in Gnaden ansehen*. Et hac in re patriæ patres Deo maxime sunt comparandi, quod non dedignentur respicere miseriam hominum, & quantum datur, allevare. Ut plurimum magna fortuna caliginem mentibus objicit eorum; qui, se supra rerum naturam & conditionem esse, credunt, suoque fastigio indignum putant, de tot miserorum catervis cogitare, qui rebus augustissimis pereunt. Indigni sunt patrum patriæ titulo dulcissimo, qui talia mente concipere possunt. Longe alius est animus regum principumque amicorumque, qui bellica gloria cluent, rebus gestis celebrantur, de beneficiis, in egenos colla-



collatis, laudibus extolluntur: miseris succurrere didicerunt. Et patriæ patres bellatores, qui dira belli, oculis viderunt & experti sunt, miserentur militum gregariorum, quorum membra bello luxata ac fracta sunt, quique miserissimam vitam trahere coguntur. Sic faciendo patres patriæ humanitate, temperantia, facilitate, frugalitate, clementia & benignitate, continentiaque omnes ac singulos, quoad fieri potest, refocillant; omnibus præbent aures, omnium audiunt querelas, neminique, nec vilissimo, aditus negatur. Præclare meminerunt patres patriæ, se ob hoc ferre parentum insignia, ut curis, ut beneficiis, ut officiis de quam plurimis demereantur. Amant sublevare miseriam haud ignari, inde veram, solidam & immortalem gloriam tutissime posse parari.

#### §. XII.


Supra significatum est, imperatores maxime, reges & principes titulo honorificentissimo patrum patriæ condecorari. Verum enim vero isti patres absque vicariorum adjumento minimæ officiorum parti sufficerent. Prudentissimi, sapientissimi, fortissimi alacerrimique animi reges principesque sortem sentiunt humanam; limites scilicet, quibus sunt circumscripti. Sane longissimæ sunt regibus manus: scilicet quia multa millia vicariorum manus porrigunt, manum manui nectunt. Patrum patriæ vicarii & in sacra & in re politica dignitatibus & honorum gradibus non parum inter se differunt. Ceterum & hi vicarii, optimo jure, pro tot tantisque molestiis laboribusque susceptis vere sunt imagines summi patris patriæ; quemadmodum hicce summi numinis refert personam expletque vices. Nolim longus esse in enumerandis vicariorum muneribus honoribusque. Sufficiat in genere significasse, pro re nata eo major sit patrum patriæ numerus necesse est, quo plures sunt liberi, quorum falus a summo patriæ patre vicariorum curis est tradita. Idemtidem edictis, mandatis aliisque rationibus pater patriæ summus inferioris ordi- dis parentibus significat & succlamat: Curate, ut valeat patria, ut valeant mei liberi, meæ tutelæ fideique commissi! Hasc ob causas principum vicarii in tribunalibus, in dicasteriis in consistoriis, aliisque solemnibus conventibus numina conscripta salutentur;



qui iisdem de causis quibus olim patres conscripti Romanorum, merito cultu, patriæ patribus debito, præ ceteris honorentur ornenturque.

§. XIII.


Pro tot: tantisque beneficiis, quæ a patriæ patribus eorumque vicariis in eos conferuntur, qui ipsorum curæ sunt commissi, omnino digni sunt, ut impense redamentur. Civium amor in patriæ parentes inexpugnabile prorsus est munimentum, qui vitam longissimam tantorum virorum optant, vota que pro eorundem vita & salute nuncupant. In recte sentientium animis non sunt tristitiæ imitamenta, sed acerbissimi doloris documenta, quum tantorum virorum titubans valetudo amantissimis sui metum injicit. Qui vere sentiunt de patriæ patre deque eorum vicariis, non alio animo, vel præsentibus vel absentibus, eos intuentur ac si Di immortales potestatem sui visendi faciant. Venerabundi intuentur, animo prompti & alacres imperata faciunt, colentes seque submissè gerentes; non quærunt: cur? sed quomodo? & qua ratione, tamquam liberi patribus, placere possint? Hæc qui non sentiunt, hæc qui non vident, hisque non afficiuntur, patres scilicet patriæ proxime Deo locum tenere, eosdemque se ex natura Dei gerere: confiteantur, se e numero servorum esse, qui volentes sequi recusant; attracti atque coacti imperio parent. Pauci sane norunt sciuntque, quanti, adeoque quam immensi pretii sint orbi & urbi patres patriæ. Ceterum & eorum numerus, qui vere colunt & amant patres patriæ, non adeo est exiguus, ut jure de cultorum proborum penuria quæri liceret. Quoties ægrotant veri qui sunt patres patriæ, in unius salutem omnium vota conferuntur, & quam plurimi eidem quam plurima apprecantur. Tunc licet intelligere amorem integerrimum purissimumque. Testimonium, quod Paulus Galatis exhibet: se nimirum ab ipsis adeo esse amatum, ut vel oculos erutos ipsi impertire cupiissent; idem, inquam, testimonium de quam plurimis patrum patriæ cultoribus dare licet. Quidni pro talibus patriæ patribus deceat conducaturque Dei nomen invocare, ut ipsis, pro illorum merito, gratiam referre velit. Hinc veri qui fuerunt patres patriæ, mortui lugentur: non officioso,  
non



non ficto dolore; sed desiderio quam integerrimo desiderantur ab omnibus, tamquam patres, tutores & auxiliares præsentissimi. En tibi veram felicitatem, qua patres patriæ eorumque vicarii nunquam non fruuntur, adeoque hæc felicitas in eos redundat, quibus profunt. Vivi audiunt verum sine contumelia, & mortui laudantur ab iis, quorum salutem felicitatemque curarunt, sine adulatione. Hac felicitate si patres patriæ sibi non felicissimi omnium hominum videntur, sane omnium mortalium sunt miserimi. Tyrannorum impotens animus magnitudine & fastigio cultusque imitantis & prorsus adoratione divina nunquam sentit solidam, veram, duraturamque felicitatem. Flent potius instabilem rerum humanorum potentiam & horrent finem venturum. O terque quaterque beata gens! quæ tales habet patres patriæ, qui eam ob causam omni parte divites & felices sibi videntur, quia amantur, quia beant populos; quique experiuntur quam dule sit, amari. O felices populos! qui providis patriæ patribus ducuntur & reguntur; & in quos ab iisdem semper aliqua felicitas spargitur. Taceo felicitatem talium patriæ patrum post mortem. Rectissime jam idolorum cultores de suis patriæ patribus gloriari sunt ausi: Certum ac definitum locum in celo esse, ubi patres patriæ beati ævo sempiterno fruuntur, quia patriam conservassent, cives auxiliassent, pauperes sublevassent miseriamque refocillassent.

§. XIV.

Tantum de patriæ patribus eorumque vicariis! Superest, ut de causis paucula subjungam, quæ me ad enarandam hanc commentatiunculam impulerunt. Iam olim ab illustrissimis illustribusque summeque venerandis procuratoribus cautum institutumque fuit; ut quotannis regis Angliæ natalitia in Lyceo Verdeni solenniter celebrarentur: qui mos laudatissimus ab hic decennio & quod excurrit, in desuetudinem oblivionemque abiit. Provisu & jussu indulgentissimorum nostræ scholæ patronorum illud institutum restauratum est; ita ut quotannis die natali regis clementissimi in declamationibus quibusdam, coram confesso solemnique frequentique recitatis, vota pro salute incolumitateque *Patris patriæ optimi* nuncuparentur. Non forte, sed numine GEORGIUS III. terris Rector est



est datus: non casu sed divinitus *Vicarii* regis nostri longe clementissimi, Hannoveræ & Stadæ, qui res tum politicas tum sacras curant, auspicio *optimi Patris patriæ* & ipsi *patrum* vicibus *benignissimorum mitissimorumque* funguntur. Utinam omnes, certe magna pars mortalium, ex animo eorum, qui rebus præfunt, velint & possint intelligere; numen summum rerum humanarum exordia & fines curare! Libertas, fides, veritas, litteræ & artes sub nostro principe, sub nostris patriæ parentibus, florent. *De patre patriæ optimo clementissimoque; de patrum summe venerandis personis*; non de tyrannis, populique oppressoribus, quos extimescamus fugiamusque, nobis sermo est. Non cogimur adulari; sed ea, quæ vidimus, sensimus, experti sumus, intelleximus, novimus, & scimus, quam liberrime licet cuivis proloqui & confiteri. Querelæ intra privatos parietes non mustitantur; nec publice percellunt aures. Omnes ac singuli, si volunt, sub ficu sua, otio, pace, tranquillitate & securitate & vita beata frui possunt. Nutu & permisso regis nostri bella in terris, longinque remotis, gesta sunt gerunturque. Ex his calamitatibus *parens etiam patriæ* multa sensit mala, multas perpeffus est acerbitates. Ii vero principes vix merentur, felices esse, qui numquam infelices fuerunt. Omnium mortalium, ergo & regum, generisque humani rectorum, cursus rerum has habet vicissitudines, hæc patitur fata; ut ex adversis secunda, ex secundis adversa nascantur. *Optimus patriæ parens* ejusque rerum *procuratores illustrissimi generosissimi summeque Venerandi* in secundis & adversis eundem semper ostenderunt animum paternum; intrepide publicæ salutis gubernacula, cum in politicis, tum ecclesiasticis, rursus vorsum agitarunt; ut publicam scilicet curitatem tranquillitatemque, quantum datur, præstarent. Exaudiat summum numen vota precesque nostras; ut per longissimam vitæ annorum seriem sub paterna regis nostri mansuetudine ejusque vicariorum possimus acquiescere. Longissimam det Deus nostro regi ætatem; conservet, animum regis, quem dedit. Faciat in omnibus cum optimo patriæ patre; ejusque prosperet conatus. Vivat optimus pater patriæ cum conjuge Augustissima; cum familia serenissima! Floreant & vigeant benignissimi regis vicarii patriæque parentes! Ad orationes, dialogosque benigne audiendos, quibus regis natalitia celebrabuntur; omnium ordinum Viros, Patronos scholæ, Matronas, ac Virgines, ut frequentes adesse velint, rogo & obtestor.

Datum Verdæ d. xi. Maji, a. r. s. c1010CCLXXX.



Namen

der Verordneten,

welche

den 43. Geburtstag

unserß allergnädigsten Königes,

GEORGS des Dritten,

in einer den 22. und 23. Junius 1780.

Morgens von 9 bis 12. Nachmittages von 3 bis 6.

auf dem Lüningschen Concert-Saale

unter einer vollständigen Musick

zu haltenden öffentlichen Redeübung,

feierlichst und unterthänigst begehren werden,

wozu

alle hohe und vornehme Gönner und Gönnerinnen

der Wissenschaften und der Schule

unterthänig, gehorsamst und ergebenst eingeladen werden,

von

Johann Christian Meier,

Rector der Schule zu Verden.



STADE, gedruckt bey Heinrich Andreas Friedrich. 1780.

DEUTSCHEN  
 VEREINIGTEN  
 GEMEINSCHAFTEN  
 IN DER  
 STADT  
 ALTONA  
 AM  
 17. JUNI 1784  
 ABGEGEBEN  
 VON  
 JOHANN AUGUST CHRISTOPH ORTMANN  
 DRUCKER  
 IN ALTONA



1.

- E**rhard Adolph Matthiessen, aus Altona, als Vorredner; zeigt die Verbindung zwischen der englischen und deutschen Nation, und bittet zugleich um ein geneigtes Gehör in englischer Sprache.
2. **Friedrich Conrad Bernhard Nestwerdt**, aus Verden, schildert in einer deutschen Lobrede, die hohen Eigenschaften **GEORG** des Dritten.
3. **Johann Caspar Korte**, aus Padingbüttel, im Lande Wursten, wünscht in einer deutschen Lobrede den Britten und den deutschen Staaten Glück zu ihrer erhabenen Landesmutter und huldreichsten Königin, **Charlotte**.
4. **Otto Gustav von Plate**, aus dem Lande Kädingen, als ein Landmann gekleidet; und **Johann Christoph Lünig**, aus Verden, als ein junger Gelehrter; unterreden sich mit einander, der erste in plattdeutscher und der andre in hochdeutscher Sprache; ob der Landmann oder der Gelehrte dem Könige und dem Staate wichtigere Dienste leiste.
5. **Johann August Christoph Ortman**, aus Estebrügge, im alten Lande, untersucht in einer lateinischen Rede, ob die monarchische Regierung der republikanischen vorzuziehen sey.

6. Jos

6. **Johann Gerhard Werbe**, aus Sandstädt, im Osterstadischen, zeigt wie die königlichen Prinzen erzogen werden sollen, und wie die Prinzen des englischen Hauses wirklich erzogen werden. Teutsch.
7. **Friedrich Conrad Bernhard Westwerdt**, in der Person eines geschickten, rechtschaffenen und wohl unterrichteten Landschulmeisters, unterredet sich mit einigen Knaben vom Lande, von den Pflichten gegen Gott und den König. Einige Primaner und Sekundaner als Bauerknaben gekleidet, sitzen an einem Tische. Diese sind: — Stöver ist Stoffel, — Matthiessen I. Jürgen — Lünig I. Caurd — Cropp I. Claus — Cropp II. Hans — Lünig II. Harm — Dürels Casper. Hiezu kommen — Matthiessen II. des Herrn Amtmanns Huldreichs Sohn. Timaeus des Herrn Pastors Willibalds Sohn, und die beiden Junker von Bothmer und von Hodenberg als Söhne des Herrn von Hartenfels und von Hohnauf. Claus singet und spielet mitten in dem Gespräche die nachstehende Ode No. 1. auf den König und Caurd sagt die darauf folgende No. 2. her. Zuletzt kommen des Schulmeisters angebliche Kinder, und fallen dem Könige ein Bivat. Diese sind: des Herrn Amtschreibers Süllow kleine Demoiselle Tochter, Sophia Friederika Elisabeth Süllow, und kleiner Sohn Johann Friedrich Ernst Süllow, und des Herrn Doctor Brawe jüngere Demoiselle Tochter, Johanna Elisabeth Brawe, alle drey von 3, 4 und 7 Jahren. — Korte, als ein fremder und reisender unter dem Titel Herr Cammerath von Kochow, besucht den Schulmeister Trautmann und ist bey dieser ganzen Unterhandlung mit gegenwärtig.
8. **David Tobias Münchmeier**, aus Verden, schildert in einer Lobrede die Glieder der königlichen Regierung und Consistoriums zu Hannover und Stade. Teutsch.
9. **Johann Hinrich Mattfeld**, aus Armsen im Herzogthum Verden, handelt von der Glückseligkeit eines Landes unter einem weisen Regenten. Teutsch.
10. **Johann Wilhelm Zeidler** und **Georg Wilhelm Lünig**, beyde aus Verden, untersuchen in einer Unterredung: ob das Glück, König zu seyn, so groß sey, als es die mehresten Unterthanen dafür halten.
11. **Johann Hermann Stöver**, aus Verden, zeigt in einer teutschen Rede die Nationalvorzüge der Engelländer.

12. **Conrad Matthiessen**, aus Altona, schildert in einer teutschen Lobrede die zahlreiche Familie des königlichen und churfürstlichen Hauses Hannover.
13. **Georg Wilhelm Friedrich Benecke**, aus Mattfeld in der Grafschaft Hoya, und **Conrad August Scharff**, aus Osterholz im Herzogthum Bremen, und **Friedrich Victor Kramer**, aus Magdeffen in der Grafschaft Hoya, unterreden sich mit einander von Namenstagen, Geburtstagen und Kindtaufen.
14. **Johann Christoph Lünig**, aus Verden, handelt in einer teutschen Rede von der Macht der Engelländer zur See.
15. **Georg Daniel Schuch**, zeigt in einer teutschen Rede, daß der nur ein wahrer Patriot sey, der seinem König treu dienet, ihn liebet und ehret.
16. **Johann Nicolaus Crop**, aus Hamburg, und **Ehrhard Adolf Matthiessen**, aus Altona, und **Johann Lorenz Kern**, aus Hamburg, der erste als Franzose in gebrochenem Teutschen, der andere als Engelländer mit untermengten englischen Brocken vertheidigen jeder die Ehre und Vorzüge ihrer Nation, wobei der dritte, als ein geborner Teutscher, die Rolle eines Mittelmanns spielet.
17. **Paul Geertz**, aus Hamburg, beschreibt die Hoheit und Majestät der Könige. Teutsch.
18. **Otto Gustav von Plate**, aus dem Lande Kadingen, stellt eine Vergleichung zwischen der englischen und französischen Sprache an. Teutsch.
19. **Franz Julius von Plate**, aus dem Lande Kadingen, als ein junger Officier gekleidet, und **Conrad Matthiessen**, aus Altona, als Kaufmann, unterreden sich mit einander, ob der Kaufmann oder der Officier dem Könige wichtigere Dienste leiste.
20. **Johann Nicolaus Crop**, aus Hamburg, handelt von der Feyer der Geburtstage. Teutsch.
21. **Johann Herrmann Stöver** und **Georg Daniel Schuch**, aus Hamburg, und **Paul Geertz** aus Hamburg, als 3 Schulmeister vom Lande, der erste ein Schneider, der andere ein Schuster, der dritte ein Leineweber unter den Namen Isgram, Brummer und Donner, unterre-

- unterreden sich mit einander von dem Schulmeister Trautmann No. 7. und seiner Art zu unterrichten, dabei ein paar Bauernknaben vorkommen. Diese sind: Franz Julius von Plate aus dem Kädingischen, als Claus, und Johann Lorenz Kern, aus Hamburg, als Hinrick.
22. Johann Jacob Carl Timaeus, aus Dörveden in der Graffschaft Hoya, handelt von dem Ursprunge, Gerechtfamen und Vorzügen des hohen und niedern Adels. Teutsch.
23. Diedrich Basilius Westwerdt, aus Verden, handelt von den National-Fehlern der Engelländer in einer teutschen Rede.
24. Wilhelm Friedrich von Bothmer, aus Schwarmstädt im Zellischen, und Johann Gottfried Werner, aus Hoya, der erste vertheidiget die Rechte und Vorzüge des Adels, und der andere des bürgerlichen Standes in einer Unterredung.
25. Hans Gottlieb Cropp, aus Hamburg, redet von der Erziehung der Engelländer und den Vorzügen derselben. Teutsch.
26. Georg Ludewig von Hodenberg, aus Hudemühlen im Zellischen, und Peter Just Westwerdt, aus Verden, und Johann Dürels, aus Misselwarden im Lande Wursten, unterreden sich vom Niesen und Gesundheitstrinken, trinken auf die Gesundheit des Königes, dabei die Kanonen solten gelöst werden, die aber im vorigen Kriege vernagelt worden sind.
27. Heinrich Martin Küper, aus Bisselhövede, im Herzogthum Verden, hält eine Lobrede auf das schöne Geschlecht, und stellet dabei die Landesmutter Charlotte als das nachahmungswürdigste Muster vor. Teutsch.
28. Johann Hermann Stöver, aus Verden, als Nachredner danket im Namen aller Peroranten der ganzen hochansehnlichen Versammlung für das geneigte Gehör, und beschließt mit einem: es lebe der König und seine Charlotte, welches die ganze Schaar der jungen Redner hinter dem Theater nachtönt.

No. 1.

Lied eines Bauern am Geburts-Tage des Königes.

Auf Brüder! samlet euch in Reihen  
Bekränzt mit Blumen euren Hut!  
Gott, unser Vater, schenkt von neuen  
Uns Leben, Heil und frohen Mut.  
Er schenkt mit dieser warmen Sonne  
Uns neues Glück und neue Bönne.

Es lebt GEDIG; durch ihn wir alle.  
Was kann für uns entzückter seyn?  
Der laute Freudenton erschalle  
Durch unsre Felder, Wald und Hain.  
Wie glücklich macht uns Bauersleute,  
Der gute liebe Vater heute.

Laßt uns für unsers Königs Krone,  
Woll Liebe, Zärtlichkeit und gern,  
Uns nahen jenem Allmächts-Throne  
Und sehn zu Gott, ihm, unserm Herrn;  
Daß er ihn lange noch erhalte  
Und über ihn stets gnädig walte.

Lebt er, so sind auch wir zufrieden:  
Sind glücklich, und was fehlt uns mehr?  
Ist uns das süße Glück hienieden,  
Von dir verliehn, o großer Herr!  
So nimm von uns, und unsern Söhnen,  
Zum Dpfer, unsre Freuden-Tränen.

No. 2.

Lied eines Bauern,  
worin er seine Zufriedenheit und seinen geliebten König GEDIG lobet  
rühmet und in ländlicher Einfalt beklaget.

Es ist doch ein beschwerlich Leben,  
Regent und Fürst zu seyn.  
Er muß, von Sorgen stets umgeben,  
Sich quälen und kastein.